UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Frvctvoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

XI. Patri Ioanni Ramires de concionis salibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51159

Visual Library

quàm frigere ad populum, ſuæq;
fantiæ tam multos teſtes velle co
gere. Quæ de ſalibus concionis dic
da præterea reſtabant, ex illa epiſ
cognoſces, vel in ea potiùs leges,
Ioanni Ramires inſcripſimus, cuiu
te mittetur exemplum. Scis quan
pere mihi ille ſit charus, quamq; la
rat ſtrenuè: non illum ſenectus à c
cionandi munere abſtrahit, non
tardat inualetudo. Florens hom
ætas nobilitata triumphis atque v
riis eſt, multos enim Chriſto pep
& ab iis eſt libenter auditus, qui
valde metuebant. Iam verò adu
templorum ſuggeſtum tantam a
buit reuerentiam, vt nihil vnquam
cerit, quo loci ſanctitatem macul
Ita enim viuit, vt ſe concionator
eſſe meminerit. Vale.

PATRI IOANNI RAMIREZ
De concionis ſalibus.

Cicero lib. 3. de orat.

VETVS eloquentia, Ioann
ptime, vrbaniſſimam ſeu
tatem, ſeueriſſimamq; v

nitatem ab oratoribus humiliora, mi-
noraq; tractantibus meritò, ac iure re-
quirebat: neque ſi auditores, iudiceſ-
ue riſiſſent, vitio vertebat, modò ora-
torius, non ſcurrilis iocus ille eſſet, qui
riſum & geſtientem lætitiam expreſ-
ſiſſet. Enim verò Chriſtianus orator,
qui fidei, morumque cauſas defen-
ſitat, à ridiculis abhorret, lachrymas
elicit, concionem ſale perſpergit, quo
ſit oratio ipſa conditior, ſales refugit,
& facetias reformidat. Nihil enim
illa fingi teterius concione poteſt, in
qua populus metu ſolutus cachinna-
tur, temerè geſtit, ludit, inſanit, ca-
ueam facit è templo. Vereri quidem
facetulus concionator debet, ne ſibi
diem paraſiti dicant, grauemq; litem
intendant, quòd illorum mendicita-
tis paſtum importunus impediat, ne-
que enim poſſunt non ſuis mercibus
paraſiti vilitatem metuere, quarum
vident copiam à concionatoribus im-
portari. Quin etiam copioſi homines,
& qui alere ſcurras ſolent, vt bonorum
& rei nummariæ cõpendium faciant,

 ſum-

ſumptuumq́ue partem aliquamre
mant, dicaces hos, & iocoſos i
tatores, gnathoneſq́ue dimitte
quippe qui facetiis abundent, q
precio non emantur, & quas qu
poſſitaudire. Sed quid ego tam re
sè & leniter rem ſceleratiſſimam
prehendo? Cur ridiculas concio
non vehementer exagito? Vel
vim in dicendo tuam mihi licere
primere, qui ſeuerus concionato
& facetiarum acerrimus accuſa
Quos iocari concionantes, præ
enteſq́ue delectat, illis interdi
dum pulpito eſſet, & lingua fun
euellenda. Templa enim dica
violat, altare polluit, rem diuinam
neſtat, ſacerdoti ſacrificanti, & a
ram ſedenti facit iniuriam, cuius
lenni precatione confirmatus ad
dum orator aſcendit: & ſacra ben
ctione munitus pedem in veſtigia
ſuit virorum ſanctorum, ſanorum
que ſapientium. Quid illa tand
num leuiora cenſes, quæ decla
rem maximè diuinam eſſe concio

ſu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuggeſtus ornatur, dicturi, loquuturique fronti, ori, pectori crucis ſignũ imprimitur, Deus ille trinus & vnus inuocatur, candida veſtis induitur, concionem diuiniſſimi Chriſti corporis ſacrificij pars antecedit, pars vero conſequitur, auditores cruce ſignãtur, ſanctiſſima Dei mater in ipſo concionis aditu, ac veſtibulo ſalutatur. Equidem diui Bernardi vocem illam extimeſco ſacerdotales nugas blaſphemias appellantis. Domeſticas ſacrorum hominum facetias vir hic ſanctiſſimus hoc nomine affecit: de publicis tacuiſſet? in priuatis colloquiis neminem ſacerdotem nugari ſinit, in ſuggeſtis pateretur? qui familiares iocos grauiſſimi nominis atrocitate notauit, concionales ineptias, quo tandem conuicio deformaret? Ergo diuus Hieronymus Eccleſiaſtici doctoris nomine illos eſſe dignos cenſet, qui lacrymas, non qui riſum moueant, qui ſcelera coarguant, non qui loquantur ad voluntatem, in illa autem eiuſdem ad Nepotianum

Lib. 2. de conſideratio. Ad Eugen. Papã.

In Eſai. c.3

epiſtola ſic de ſeruanda ſeuerit
præcipitur. *Omnes delicias & lep*
& riſu dignas vrbanitates in com
erubeſcimus, in ſeculi hominibus
ſtamur: quanto magis in Monachis,
in Clericis, quorum & ſacerdotium
poſito, & propoſitum ornatur ſacer
Hæc ille. Nihil non dicam neg
um & publicum, & ſacrum ger
ſed ne in tenebris quidem latent
cendum, faciendum, cogitandum
cerdoti eſt, quod ſerium, & graue
ſit, illiſque oculis dignum, quibus
nia patent, quique vniuerſa conto
tur. Si vos (liceat mihi per te cum
nugatoribus de Dei iniuria paul
expoſtulare, *)* ſi vos inquam feſti
narratores, facetos imitatores na
finxit, moderationem requiro vel
quæ rationis firmata iudicio nat
ſolet vitia corrigere, & ingenia q
luxuriem reſecare: ſin id conduci
ducitis, vt mœrorem pellatis ex a
mis (premimur enim aduerſis re
& turbidis, lugendique cauſæ quo
die maiores, grauioreſque cernun

prude

prudentiam iudiciumq́ue deſidero, cum nihil veſtris ſit iocis inſulſius, nihil alienius, faciunt enim pro medicina dolorem, ac vulnus, concionemque deprauant, quæ ſi ridicula abfuiſſent, valde fortaſſe prodeſſet. Quidã enim cæteroquin boni concionatores, atque vtiles ſemper hic errant. Nemo tam eſt hebes, quin exiſtimet ridiculis iaciendis pulpita violari, quæ eſſe debent ſacroſancta, geſtiunt auditores alacritate futili, quos angi, mœſtos eſſe, lacrymare conflictariq́ue oportebat: ridet vulgus ignobile, veſtriq; ſimiles veſtra delectant: qui valent ingenio, qui animum ad veritatẽ referunt, & Euangelij authoritatem amant ex animo, dolent, ingemiſcunt, ineptias veſtras execrantur, epiſcopiq́ue ſuccenſent, per quos vobis concionari, vel nugari potius licet: neque enim tam querendum eſſe videtur, vt vos effutire nugas ꝑſeueretis, qui iſtius muneris ęſtimatores nunquam fuiſtis, quàm conniuere pontifices, quorũ eſt cauere ne ſit inſanis inter ſapientes lo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cumq́; eſſet iam meridies, illudebat illis Elias dicẽs clamate voce maiore, Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. Reg. 4. cap. 18.

locus, concionatorum habere d
ctum, deq́; ſuggeſti dignitate labo
re. Hæc tuo more Ioannes, paulò
à me dicta ſeueriùs, ſed quàm q
rundam concionatorum leuitas
ſceret, longè manſuetiùs, ſed eſt
dus in rebus, nam lepiditatum tem
ſtiua raritas, vrbanitaſq́; peroppo
na permittitur. Quædam enim l
ris, & ſalis genera accuſabilia om
non ſunt, cùm videlicet ridendi
tiis virtus ipſa fit grandior, &
quam abiecto hoſte triumphat
tor: arridentq́ue leniter, non cac
nantur auditores. Exultat pop
quaſi adepta victoria, gaudetq́; an
magis, quàm corpore, neque tan
ueritas diſſoluitur, quàm mentes
larantur. Caueat tamen prudens
tor, ne paulatim eò res deueniat,
hiſtrio fiat, & mimus, ſalſæque
tionis, tanquam procellæ impetu
piatur, & ſeueritatis clauum a
tat, quæ quàm ſit veritatis ge
na, vox ipſa demonſtrat. Hoc
tem illis euenire ſolet, qui nimi

cto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctores ſunt, & minutiſſima conſe-
quuntur. Nam vitæ quotidianæ ex-
preſſio, & morum alienorum imita-
tio ex comœdia, quæ eius naturalis
eſt ſedes, in concionem veluti in ho-
ſpitium, domumq́; alienam temerè
accerſenda non eſt, quædam enim
eiuſmodi ſunt, vt ſine riſu neque dici
neque reprehendi poſſint, eaque ſe-
uerus, & prudens concionator, vt
quoſdam religioſæ orationis, atque
dictionis ſcopulos declinabit. Vale
mi Ioannes, beneque ſpera, nam quia
Sapientis veriſſima illa vox eſt, *anima,* *Prouer. 15.*
*quæ benè dicit, impinguabitur, & quæ ine-
briat, ipſa quoque inebriabitur*, cum Da-
uide tibi canere licebit, *non abſcondi* *Pſal. 39.*
*miſericordiam tuam & veritatem tuam à
concilio multo, tu ergo Domine, ne longè fa-
cias miſerationes tuas à me*.

ANTONIO PROSPERO.

De actionis dignitate.

PRONVNTIATIONEM tanti *Cicero lib.*
Demoſthenes faciebat, vt pri- *3. de orat.*
mas, ſecundas, & tertias illi
tribue-